

Quid obser-
vandum sit,
vt datus nu-
merus expri-
matur.

NUMERATIO

§ distribuendus erit numerus in membra, hoc modo. Supra primam figuram ad manum dextram ponatur punctum: Deinde procedendo versus sinistram, & omissis duabus figuris, supra sequentem figuram quarto loco positā aliud pūctum statuatur: Et sic deinceps, omis- sis semper duabus figuris sine punctis, supra sequentem figuram punctum scribatur. vt hic factum esse vides.

42329089562800

Quælibet enim figura sub quocunque puncto cum duabus antecedentibus versus sinistram constituit vnum membrum, ita vt singula membra ternis figuris constent, ultimo membro versus sinistram excepto, quod aliquando vnicam figuram habere potest, illam nimirum, quæ sub punto collocatur; quemadmo- dum in proposito exemplo in quinque membra distributo contingere, si ultima hæc figu- ra 4. tolleretur: aliquando verò duas, vt in da- to exemplo.

Itaque vt quicunq; numerus enūcietur, sa- tis est, si quodlibet membrum seorsum expri- matur, cuius prima figura vnitates significat, secunda denas vnitatum, & tertia cētenas. Sed post pronunciationem cuiusvis membrai ap- ponenda est hæc vox [Mille] toties, quot mē- bra sequuntur illud, quod enunciatur, ita tamen, vt primum ea vox ponatur in recto plu- ralis numeri, deinde vero semper dicatur [millie] vt mox audies.

Illud porro membrum, quod ultimum est
versus